

ejus crucis signum (quod idolum appellant) per impias deni- que eorum manus, qui calantio, igne, ferro, aqua, Christi Do- mini Cruces, ac imagines dilacerant, & conterunt. Alan. Co- pus dial. 4. cont. Impug. Imag. c. 4.

Ceterum historia, quae paulo ante de Juliano allata fuit, alia similis argumenti est accensenda. Cum enim idem Julia- nus exta pecudum inspicere, Crucem coronatam in iis inve- nit. Aruspices prudentiores dixerunt, religionem Christianam, quae crucem veneratur, fore perpetuam, nec posse vinci a Ju- liano, quam conjecturam veritas probavit. Greg. Nazianz. orat. 1. in Julian. P. Diac. in vita.

Eodem tempore cum Judaei Jerosolymis vellent extruere templum in dedecus Crucifixi, idque iustu eisdem Juliani, apparuit in aere circulus lucidissimus Crucem ambiens splendi- dissimam, atque in omnium hominum vestibus cruces elabo- ratissimae apparuerunt. Item Nazianz. orat. 2. in Julian.

Tempore Arcadii Imperatoris, cum is bellum contra Per- fas pro fide suscepisset, Crux in aere apparuit, atque in eo bello coeleste auxilium sensit. B. Presper. 1. de promiss. divinis part. 3. cap. 34.

Meminit alterius apparitionis in arbore factae in Anglia B. anno M. D. LIX. ex Alano Copo, Cardin. Bellarm. Lib. 2. de Imaginib. cap. 28.

\* INJURIA CRUCIS IMAGINI ILLATA VINDICATUR.

Redemptoris nostri anno 916. quo Ungaris, sive Hunnis Saxonum Ecclesias devastantibus, inter alias Brementem comburentibus, & sanctissimas cruces ludibrio afficientibus, divina sunt adversus eos ostensa prodigia sub Reginardo Hamburgensi Archiepiscopo, cujus tempore haec contigisse Adam sic enarrat: In diebus illis grande miraculum fertur à posteriori Bremae contigisse. Ungaros scilicet incensis Ecclesiis sacerdotibus ante altaria crucidasse, Clerum vulgo mixtum, aut impune occisos, aut ductos in captivitatem. Tunc etiam cruces à Paganis truncatae ludibrio habitae, cujus signa furoris us- que ad nostram aetatem duraverunt. Sed Deus zelotes, cujus passio ibi derisa est, incredulos abire non passus est multos. Nam subito & mirabilis orta tempestas à femeremis ecclesia- rum rotas, dum fugae praesidium quaerunt, aut in fluvium praecipitanti compulsi, aut in manus civium concludi. Bar. Tom. 10. Annal. ad An. 916. num. 1.

Operae pretium erit annotare hic, quod in obsidione Sido- nis evenisse scribit Anonymus. Habebant Christiani secum more consueti, ac solemni, Crucem Dominicam: quam Rex à Hierusalem detulerat ad protegendum populum Dei. Hanc Apostatae quidam, & praevicatoris fidei ejusdem turris propugnatores conficiati, deridentes illudabant, & sibi contrario crucem facientes, & in culmine turris figentes, spuro, & urina, ipsi insipientes, & maligni, inhonorare praesumebant. Quod pius Rex, & omnis populus deplorantes Deum caeli scibili voce invocant: ut fontem misericordiae suae aperiens; apostaticis viris, & stultis Saraenis blasphemiam irrogare non recte agentes divinae majestati blasphemiam irrogare praesumpserunt. Mox eorum precibus exauditis, absque homi- num labore sic turris illa concussa, & diruta est, jam vespere mundum imminente, ut lapis super lapidem non remaneret, & increduli homines ruina illius suffocati obruerentur. Gretz. tom. 3. Crux. 1. 2. cap. 11.

Mater Solydani de Iconio veniens ad extrema revelavit filio suo, quod semper celaverat, scilicet, quod esset Christiana, & rogavit eum, ut crederet in Christum, qui est Dominus, & Rex omnium seculorum, & quod amaret Christianos. Quod ipse sponte se facturum: sed dixit, quod non auderet aperte credere in Salvatorem propter Paganos. Dixit ei mater sua: Fili, cum mortua fuero, fac mihi excellentem sepulturam, & pulchram sicut pyramidem: & pone super eam signum Crucis Christi. Cui ille se hoc de luce facere non posse respon- dit. Tu fac, inquit mater ejus, de nocte. Quod & factum est. In crastino cum Agareni vidissent signum illud, indignati sunt contra Principem, & volebant eum occidere: tunc quidam ex ipsis sublevatus per machinas conabatur deponere Cru- cem, qui voluntate Dei corruit, & mortuus est. Similiter, & alius interemptus est alia vice. Tertia vice cum convenissent multa millia hominum ad deponendum adificium illud: inter quos erat unus promptior ad deponendum illud: vene- runt fulgura, & coruscationes, & illo primitus perempto multa millia perierunt igne divino. Tunc apparuit Angelus

Domini, & clarissimum signum crucis posuit super pyrami- dem illam: ex quo multi credidit in Christum, & adhuc E. crucem illam venerantur, & adorant. Sigeb. in Chron. ann. 1181. Bar. tom. 12. ann. 1169.

Contigit etiam circa annum Domini 1248. apud Iconium Ursum ejusdem magi, teste Christ. Massæo, mingere ad pe- dem crucis in pilario pictae, statimve emori. Ethnicus id male- ferens pugno percussit imaginem, & illico brachium obri- que. Accurrunt alius etiam mingere praesumpsit, necdum cessantem mors inopinâ prostravit. Matib. Felipus in 1. praec- cept. Decal. cap. 63. Christ. Massæo 1. 13. Chron. & Mar. bistor. ann. Dom. 1248.

CRUX SANGUINEM FUNDENS, &c.

Budae, Pannoniae urbe, duo Aleatores ita conveniant, ut alter in Dei nomine, alter in nomine diaboli luderet. Qui Deum nequitiae fautores faciebat, pecunias omnes, ipsas quoque vestes amisit: interpesta nocte desperandus do- num rediens per cometerium iter facit. Ibi Salvatoris cru- cifixi imaginem conspicitur, ita, & furore plenus, faxam ar- ceptum violenter fronti illisse. Miraculose igitur faxam in vulnere haerit, & copiosus sanguis profluxit. Cometerio vi- cinus habitabat lanuus fenex podagricus, is per quietem quovis cem incertam audit: Surgeret, & cultro proximum quemvis sibi obviam factum confoderet. Quam vocem cum tertio ite- ratam, multis cum minis instantem audivisset, parere decre- vit. Itaque cum prius ne movere quidem sese lecto posset, impigre surgens. lanario cultro arcepto, in cometerium de- scendens aleatore in inselium moribundum sibi obviam fa- ctum cultro conficit. Hoc patrao faustiore, judicis adde ac- cedens, aditum, & colloquium postulat. Judex non credere, sed phantasma demonis arbitrari. Tandem admittit, somnium, & eadem indicat. Cum jam illuxisset, ad cometerium conveniunt, cadaver circumstant. Interim daemones cum terribili ululatu in sublimi raptum cadaver ex hominum conspectu abtulerunt. Ea res, praeter vulnere crucifixi illatum, aleatoris perdidit arguit, & lanium à periculo liberavit. Til- mom. Bredenb. 1. 3. collat. sacra. cap. 13.

Venit forte in manus Principis ejusdem, qui non longè aberat à finibus Regni Peruan, effigies Christi Crucifixi. Ille acceptam conspuere, ac multis modis irridere cepit in con- spectu plurimorum. Ibi mirabiliter imago, quasi verè spiraret, cepit ex oculis lumen emittere, caput motare, & aspectu mi- naci Regem, cunctosque terrere. Quocirca pavore percussus omnes, & tremore correpti, partim cecidere ad terram, partim eum se viderent obrutescere, neque posse loco recedere, exclamare ceperunt, factique poenitentes misericordiam supplici- ter implorare. Ob id pristino statui protinus restituti magnam, Christianorum Deum palam conserit, altissima voce, rem cunctis enarrare. Ac princeps cum multis suorum se Crucem contulit, & factum divulgans Christus se devovit. Th. Bozius de sign. Eccles. 1. 5.

Refert Serranus 1. 3. Rev. Moguntiae, fuisse Anno Dom. CCC. LXXXIII. Hominem non vitæ tantum, sed & linguae improbae, qui cum taxillorum lusu in taberna quadam suburbii Mogun- tinae fortunam sibi novæcam experiret, in blasphemias eru- pit, domoque egressus, Sacellum vicinum ingreditur, ibique imaginem crucifixi tanquam ab ea jacturam suam recuperatu- rus, summa injuria, ne diem insaniam, impetit, & mediam fecit, deturbatis loco, quæ aditabat, aliorum SS. statuis. Res mira, oculus cruor manare ex plagis, five idibus cepit, tan- tusque pavor furentem invasit, ut immotus stare: donec in crimine deprehensus, decreto Judicis statim traditus fuit. H. Imagines autem ita cruore perfuse adhuc servantur in Ecclesia S. Crucis, & admodum religiose habentur: ac totius re ferres in tabula adscripta ibidem videntur, auctor Theodosius Grefe- mundo, qui eandem etiam carmine complexus fuit.

\* CRUCIS SIGNUM.

Antiquus illius usus. De Transitorio Crucis signum nunc sermo nobis erit, quod digito in fronte, vel aere, vel denique super quamvis rem formatur: & id nonnumquam admirando evenit.

FIGURÆ, SIVE TYPI SIGNI CRUCIS.

Sanguis Agni immolati ab Hebraeis in postibus domorum figurabat signum Crucis in frontibus Christianorum. Exod. cap. 12. Aug. 1. de Cathedra. ruidibus.

Signum

Signum Tau, de quo aliàs in hoc Tractatu mentionem feci- mus, quod iustum erat describi in frontibus gentium, aperte signum Crucis in fronte pingendum iudicabat, teste Cypriano lib. adv. Demetrianum, & Hieron. in Comment. loci. Vito illa S. Joan. in Apocalypsi cap. 7. ubi præcipitur Ange- lisc ne oceant terræ, & mari, quoad usque signetur servi Dei in frontibus suis. Quod de signo crucis exponunt Oecume- nius, Beda, Anselmus, & Rupertus. Jacob quando manibus cancellatis benedixit filiis Joseph, Gen. cap. 48. significavit fore aliquando tempus, quando benedi- ctiones signo Crucis fierent.

ANTIQUITAS A CHRISTO, ET APOSTOLIS DIMANANS.

Ex constitutionibus Apostolicis, quæ communi Græcorum, & Latinorum Patrum consensu receptæ sunt tanquam sacrae, expressis verbis indicatur, solum Pontificem ad altare stan- tem, tropheo crucis se consignare. Lib. 8. cap. 16.

Quam verò frequenter, & efficaciter Apostoli, eorum- que successores hoc crucis signum adhibuerint, constab- bit ex illis, quæ infra de hujus signi admirandi virtute in medium adducentur.

De S. Joanne Apostolo, & Evangelista refert Nicephorus 12. bibl. c. 42. quod cum dudum transitionem suam ad Deum, diem quoque, & horam ejus prævidisset Joannes Apostolus, & Evangelista, presbyteris, ministrisque Ecclesiae, & præterea quicunque flagrant essent fide fratibus assumptis, extra Ephesiorum urbem progreditur, & cum iis in vicinum quem- dam tumulum, quod frequenter ite, præcationi operam datu- rus solebat, descendit: Ibi vehementius orans, Ecclesias Deo commendat, mox sarculis quibusdam, & lignibus cele- riter sepulcrum sibi fodi præcipit: deinde eos, qui tum ad- rant, arcans de Deo verbis, & præcepis optimis de fide, spe, & postillimum dilectione (quippe dilectus ipse) erudit, & corda eorum confirmans, Servaturos vero commendat: postremoque illis in Domino salvere, & valere iussit, ubi se Crucis signo munivisset, in monumentum descendit.

Hunc autem se signandi morem à Christo Apostolis reli- ctum, testis est Cyrillus Jerosolym. Cateches. 12. Cyprianus etiam scribit. Tu, Domine Sacerdos sancte, con- stituiti nobis in consumpibiliter potum vivificum, Crucis si- gnum, & mortificationis exemplum. Ser. de Pass. Dom.

B. Augustinus aperitius ait: Signum suum Christus nobis in fronte figi voluit. In Psalm. 30.

Longè clarior S. Hieronymus. Hoc, ait, signum Crucis nobis ad patrem ascendens Dominus reliquit, sive in frontibus no- stris posuit, ut liberè diceremus: Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. In cap. 66. Isaia.

Legimus in actis S. Bartholomaei Apostoli, quod cum Dæmonem adjuvasset, qui in Idoli Astaroth simulacro morabatur, ille inter cætera fastus sit, quod Christus dedisset signum Crucis Apostolis, quos per universas terræ partes miserat. Refert Vincent. Bellocens. 1. 10. cap. 84.

Apostolorum tempore, & post illud, ab Apostolicis Viris usita- tum, & edoctum hoc signum.

Dionysius Areopagita dicit: In omnibus Sacramentis adhi- beri signum Crucis. Eccles. Hier. cap. 4. §. 6.

S. Martinus B. Petri discipulus, scribens ad Burdegalen- ses, inter alia monet, ut Crucem Domini, in quem credide- rant, in mente, in ore, in signo semper tenerent, Crux, in- quit, Domini, armatura vestra invicta contra Satanam, &c.

D. Hoc solo signo coelestis victoria data est nobis. Epist. 1. cap. 8. in Biblioth. SS. PP. tom. 3.

Tertullianus ita monet: Ad omnem progressum, atque pro- motum, ad omnem aditum, & exitum, ad vestitum, calcea- tum, ad lavacra, ad mensam, ad lumina, &c. frontem signo Crucis terimus, 1. de Corona militis.

Cyprianus, Muniarum, inquit, frons, ut signum Dei incolome servetur, 1. 4. Epist. 6.

Cyrillus Jerosolym. adhortatur Christianos. Fac hoc si- gnum Crucis & manducans, & bibens, & sedens, & stans, & loquens, & ambulans, & in summa in omni negotio. Catb. 4. ubi plura habet is affinia.

Ambrosius etiam monet fideles, surgentes gratis Deo age- re, & omne diei opus in signo facere Salvatoris. Ser. 43. tom. 5.

Augustinus de Symb. ad Catechum. 1. 2. cap. 1. tom. 9. Hierony- mus. L. B. Theatr. vita Hum. Tom. 11.

mus ad Demetriad. de virgini servanda cap. 6. & Epist. 23. ad Eustochium, luculentis testimoniis Catholicorum de signo hoc E doctrinam confirmant.

Basilus inter primas Apostolicas traditiones ponit signare se signo Crucis, 1. de Spiritu S. cap. 38.

Gregorius Nazianz. orat. 1. in Julianum dicit, milites in mensa signum Crucis solitos adhibere.

B. Antonius Eremita. ut refert Anastasius in vita; contra omnes terrores dæmonum jubebat solo Crucis signaculo tutos esse Monachos.

Theodoretus in sua historia, passim meminit hujus signi.

Immo S. Augustinus de exordio suae conversionis loquens, Signabar ait, iam signo Crucis, & condebatur sale Christi, 1. Confess. cap. 11. Legatur idem trad. 118. in Joannem.

B. Martinus apud Salsitium: Ego ait, signo Crucis, non clypeo protectus, hostium cuneos penetrabo securus.

Prudentius in hymno ante somnum, ita canit.

Fac, cum vocante somno  
Cassum petis Cubile,  
Frontem, locumque cordis  
Crucis figura signet.  
Crux pellit omne crimen,  
Fugiant Crucem tenebra:  
Tali dicata signo  
Mens fluctuare nescit.

Constat quoque Catechumenos priusquam baptizarentur, solenni ritu in fronte signari solitos, quasi in archam, quod in S. matris Ecclesiae gremium reciperentur. Unde eos alloquens S. Augustinus. Nondum quidem ait, per sanctum baptismam renati estis, sed per signum Crucis in utero sanctæ matris Ecclesiae jam concepti estis.

S. Martinus, cujus paulo ante meminimus, annis 10. in nume- ro mansit Catechumenorum. De quo Paul. 1. vit. Mart. c. 1.

Vix etenim decimo senior iam moribus anno  
Transit ad sacram constanti peccato legem.

Signavitque Crucis sanctam unguine frontem.

Legatur de hoc ritu S. Gregorius lib. de Sacram. in ordine Baptisterii Tom. 5. Thomas Bosius 1. 6. de Cruce cap. 2. §. 4.

Usus hujus signi in Benedictionibus, & sanctificationibus.

Jam inde à temporibus Apostolorum frequentissimum fuit signi Crucis usus in benedictionibus, & sanctificationibus qua- rumvis rerum, ita ut nihil eorum absque illo rite peragatur, nihil absque illo sanctificetur. Exemplis, & testimoniis confir- mabitur.

Usus signi Crucis in Sacramentis.

Atque in primis in Baptismi sacramento, qui aliorum sa- cramentorum janua merito nuncupatur, non solum Crucis signum adhiberi consuevit, dum confertur, verum etiam aqua ipsa, qua Catechumenus baptizabatur, Crucis signo benedice- batur. Cujus ritus locupletem testem habemus S. Augu- stinum, qui, cont. Julianum Pelagianum 6. cap. 19. Tomo 7. Signum ait, Crucis confertur unda baptismatis, ut ea diluatur reat- tus nunquam in Chirographo scriptus, &c. En antiquum Ecclesiae ceremoniam, quam novatores nunc magicam dicunt, & vanam Videatur idem Aug. 1. 50. bomil. 27. Tom. 10.

In ipso Baptismi Sacramento hoc etiam signum adhibe- bant olim, baptizatos in fronte signandos. Unde dicit alibi Cyprianus, signaculo Dominico consummari, qui in Ecclesia baptizatur. Meminit hujus ritus Basilus 1. de Spir. S. Terrull. de Resurrex. carnis, Chrysost. 1. cont. Gentiles, & alii passim.

Etiam in Sacrorum ordinum collatione, Crucis signaculum fuisse usurpatum, Dionysius Apostolorum contemporaneus adfirmat, 1. de Eccles. Hierarch. cap. 9. p. 1. §. 2.

Denique in omnibus Sacramentis, primitivæ Ecclesiae fide- les hoc signo utebantur. Sed Cruce Domini gloriamur, ait S. Cyprianus, cujus virtus omnia peragit Sacramenta, sine quo nihil est sanctum, neque aliqua consecratio meretur effectum, 1. de baptis. Christi. Et clarè Augustinus. trad. 118. in Joan. in fine. Quod Crucis signum, inquit, adhibeatur, sive frontibus creden- tium, sive ipsi aqua, ex qua regenerantur, sive oleo, quo Chrismate unguuntur, sive in sacrificio, quo aluntur, nihil eorum rite perficitur. Idem docet Chry. hom. 55. in c. 16. Matr.

In Oratione.

Crucis signo se consignasse veteres Christianos, cum ad ora- tionem accedebant, auctor est Tertullianus in 1. ad uxorem.

Immo dum orationi insisterent, brachia in modum Crucis extendebant. Quod etiam Ethnicis familiare colligitur ex Virg. J. g. Æneid.

Et duplex cum voce manus ad sidera tendis.  
Rr De

De Christianis sui temporis meminit Tertullian. quod suspi-

cienties expansis manibus orant. In Apologet. cap. 30.

Quin etiam in quibusdam Ecclesiis moris erat, ut Crucis si-

gno se in frontibus consignarent, dum in Symbolo illum articu-

lum pronuntiabant, Carnis resurrectionem, quod in Aquile-

seni Ecclesia usurpatum, propter hereses quasdam, quae ibi

furrerant, testis est Ruffin. Aquil. in expol. Symb.

In sumptione cibi.

Cibus quoque, & potum, at panem potissimum, Cruce signa-

bant. Cujus pie consuetudinis meminit Origenes 18. Job.

Cum quidam Impii Juliani tempore aliorum exemplum fe-

cerint, thus adoleverunt Idolo, & domum reversi, ac cibum

sumpturi, more Christianorum Cruce se signarent, Dixe-

rent alii, qui aderant: Quomodo Christum per signum ipsius

profiteamini, quem paulo ante abnegastis? Quibus illi: ne-

quaquam Christo renuntiavimus, fraude ab Imperatore fumus

circumventi, Christiani fumus, &c. Vide hujus rei insignem

narrationem apud Gregor. Nazianz. orat. 1. Julianum. Theodo-

retum 13. hist. Eccl. cap. 16.

Neque solum panem Cruce signabant, dum sumebatur,

sed etiam crucis imaginem imprimebant, & cujus pie consue-

tdinis memosynon sunt antiquissimae picturae, quae hodie

videntur in cœmeteriis B. Martyrii in urbe Romana.

Miraculum.

Martyrius Monachus dum quodam die fratres subiner-

cios panes coxisset, atque obliti fuissent, crucis signaculum

eis imprimere, ille errore correxit. Crucis signum impres-

dit digito illud efformans. Res mira: crepuit panis sub

tam inquirendum proficiscitur, monstrum per viam reperit,

semihominem, & equum, quod Poetae hippocentaurum no-

minant. Ad cuius aspectum conterritus, statim se signo cru-

cis signavit, sive ut loquitur D. Hieronymus. salutaris impres-

sione signi armavit frontem. In vita S. Pauli Tom. 1.

Zozimus Abbas cum Mariam Aegyptiacam ex improviso

viseret, eamque eminus prospiceret, quae propter nimiam

inediam, & temperates adeo erat immutata, ut phantasma

videretur, Crucis se signo munivit. In sompniis in vita Tom. 1.

Serius Tom. 6.

Idem mos etiam hodie apud Catholicos viget, ad omnem

terrorem, & rei insolite eventum armorum caelestis signi se

communiendi. Vide infra, de virtute Crucis adversus

Dæmones. Julianus Apostata, &c. Greg. Nissemus in vita

Gregorii Thaumaturgi scribit, Diaconum ejus signo Crucis

munivit, exivisse ex balneis, & quibus vix quiquam vivus

exiverat, propter innumerebilia spectra.

Ad Praelium euntibus.

B. MARTINUS, qui postmodum Episcopus Turonensis, cum

Christianam religionem amplexus, munitionem à Julia-

no Apostata postulasset, ignavia ab eo insinulatus: si in-

quibat, hoc ignavia adscribatur, non fidei, crastina die ante

aciem nemis adstabo, & in nomine Jesu, non clypeo, aut

galea proteclusus, sed signo Crucis hostium cuneos penetrabo

securus. Sulpit. 1. 1. in vita.

Austrigilis Bituricensium Archiepiscopus ad huc laicus,

singulari certamine dimicaturus contra quandam Betelli-

num, qui illum falso insinulaverat peccatulo, signo Crucis se

præmunivit, quando nunciatum fuit, Betellinum equo ex-

cessum collum persegisse. Surtius Tom. 3. die 20. Maii Sig-

bertus in Chronico An. 627.

In exordio operis.

SEMPRONIANUS Castor, & Nicostatus insignes sculpto-

res, dum iusto Diocletiani Imp. ex porphyretico marmore

conchas exciperent, quoties manum operi admovebant,

seipos, & hoc ipsum Crucis signo consignabant, & ita admi-

rabili facilitate opus suum perficiebant. Quod cum vidisset

Simplicius etiam sculptor, Ethnicus tamen, contristari ce-

pit, quod ipse durissima illa marmora scindere eadem facili-

tate non posset. Itaque admonitus, Christianismum succe-

pit, & à Cyrillo Episcopo gratiam baptismi accepit. Memi-

nerant hiisus Apostoli, Omne quod factis in verbo, vel in

opere: omnia in nomine Domini nostri Jesu Christi facite.

Bedae, Uuardus, Ado, & ceteri.

S. Ambrosius serm. 43. hortatur, ut omnia opera à signo hoc

incipiamus, & serm. 49. refert verba B. Agnetis, quae dixit:

Posuit signum, nempe Crucis, in faciem meam, ut nullum

præter eum amatorem agnoscam.

Oficiando, & sternendo.

Anno Domini 590. tempore Agilulphi Italorum Regis

IV. vehementer indices leviebat pestilentia. Ad ceteros au-

tem casus, quibus homines fedè passim affumebantur, hoc

etiam mali accesserat, quod multi sternerent, alii cum olei

tarent, repente spiritum emitebant. Quod cum sæpius even-

iret, consuetudo inducta est, quae nunc etiam observatur, ut

sternuntibus salutem precarent, oficiantibus vero crucis

admovendo præsidium quaerent. Carol. Sig. lib. 1. de regno

Ital.

In articulo Mortis, & instante Martyrio.

De S. JOANNE Apostolo, & Evangelista, quomodo moritu-

rus se Crucis signaculo muniverit, supra dictum est, & narrat

H. Hieron. Epist. 27. cap. 13. ad Eustochium Virg.

Joannes Chrysolomus spiritum Deo redditurus, Cruce

se signavit, ut tradit S. Isaac Metaphr. in vita, & Surtius Tom. 1.

apud quem plura exempla hujus argumenti inveniuntur.

Utpote de S. Paulo, Andrea, & aliis.

Cum MAXIMINUS jamjam martyrii supplicium esset subi-

turus, oratione prius facta cucurrit ad sartagineum, ubi cum

extendisset oculos in caelum, se munivit signaculo crucis per

totum corpus, dicens: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus

sancti. Cum verò exuisset vestes suas, & rursus fecisset, id

quod est Christo, signaculum, se projecit in sartagineum.

S. Thecla, Virgo, & Martyr, capta ab apparitoribus, ut in

focum jactaretur, sponte pyram ascendit, & signo Crucis fac-

to, virili animo inter medias flammis stetit, subitoque facta

inundatione pluviarum, ignis extinctus est, & beata Virgo

illæsa, virtute superna eriguit. Ado Trevirens in Martyrol. 23.

Septemb.

CRU-

CRUCIS CONSIGNATIONEM DEO GRATAM, MIRACULIS prout.

De VOLVANTO Priore Ordinis Fratrum Prædicatorum in

Argentina, civitate Theutoniz, rem præcipue mirabilem,

& devotam propriis oculis vidi. Hic, ut fratres mihi testifi-

cima veritate narraverunt, semper ferè, five gradus, five

sedens, pollice signum crucis in pectore depingebat. Con-

tingit autem, ut Moguntiam veniens infirmitate decumberet,

& ingravescente morbo, cum mira alacritate spiritus more-

\* SIGNI CRUCIS EFFECTUS VARI. Benedictio impetrata.

In monasterio beati Petri in Anglia ante altare sanctæ Trini-

tatis Missarum solenniis sanctus Edwardus Rex vice quadam

cum Comite Leofrico assistebat: Er ecce speciosus ille for-

ma præ filiis hominum Christus Jesus in ara consistens, oculis

utriusque visibiliter corporalis apparuit, sacraque dextera

super regem extensa signum sanctæ Crucis cum benedicens de-

pinxit. At Rex, demisso capite divina majestatis adorabat

Dæmones fugati.

Scribit S. ATHANASIUS, celeberrimus ille Alexandrinorum

præsul, D. Antonium crucis armatura infensissimus hostibus

obviavisse: Aliquando igitur sonitus repentinus increbuit

in eo loco, ubi erat Antonius, ita ut eo funditus agitato, pa-

rietibus patet factis, varia exinde dæmonum turba sese effun-

L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

Rt 2 de

de cella sua eieere, eum tamen magi putarent, quod dæmones illi ultimo miffi potuiffent obducere quadam caligine solem, & lunam, ficut eos fuiffent directi. *Joan. Cassian. l. 8. Coll. c. 18.*  
 Refert Theod. ejusmodi historiam: Castrum quoddam est inter Persas & Indos, nomine Zundared. Cum Rex Coades multus in illo pecuniis, ac lapides preciosos afferari audisset, volebat ejus rei veritatem cognoscere: verum Dæmones locum illum inhabitantes, Coadem ab eo, quod quærebatur, impediabant. Cum itaque magiam suam magi illius impenderunt, sed frustra. Adhibita est & Judæorum magia: neque sic tamen voti compos evasit. Cogitavit per Christianos amoliri dæmones illos; Episcopus igitur Christianorum in Persia, peracta super ea re synaxi, & acceptis divinis mysteriis, & in Christianos, qui aderant, dispensatis, signo Crucis dæmones profigavit; & Castrum Coadi sine ulla molestia tradidit: quomobrem vir ille stupefactus, Episcopum illum primæ sedis prærogativa cohonestavit; cum ad id usque temporis Judæi, & Manichæi priores haberent: deinde & cunctis Christianissimum amplecti volentibus liberum, & securum fecit. Cum antea Christianos variis tormentis excruciasset, adeo ut etiam multos membra, & partes eas, per quas vox B educe, ademerit, qui tamen inquit Nicephorus, illis quoque sic amiffis, non minus quam antea clarè sunt locuti. *Theod. Lect. 1. 2. Collect. Geor. in Anast.*

*Etiam in Judæo miraculum.*

Quadam die Judæus quidam ex Campania partibus Roman veniens Aprie carpebat iter, qui cum jam diem vespascerere cerneret, & quo declinare posset, minimè reperiret, juxta Apollinis templum fuit, ibique se ad manendum contulit. Qui ipsum loci illius facilem pertimescens, quamvis fidem crucis minimè haberet, signo tamen se crucis munire curavit. Nocte autem media ipse solitudinis pavore turbatus, pervigil jacēbat, & repente conspiciens, vidit malignorum spirituum turbam quasi in obsequium cujusdam potentis præire, cum vero qui cæteris præerat, in ejusdem gremio loci confedisset, qui cæpit singulorum spirituum obsequentium sibi causas, actusque discutere, quatenus quantum nequitiæ unusquisque gessisset, inveniret. Cumque singuli spiritus ad inquisitionem ejus exponerent quid operati contra bonos fuissent, unus in medium prosiluit, qui in Andrea Episcopi Fundanæ civitatis C animum per speciem fantasmionis feminæ, quæ in Episcopo ejus habitabat, quantam tentationem carnis commovisset, aperuit. Cumque Judæus, qui advenerat hoc vigilans cerneret, & magnæ formidinis anxietate palpitarat, ab eodem spiritu, qui cunctis illis obsequentibus præerat, sultum est, ut requirerent, quoniam esset ille, qui jacere in templo eodem præsumpsisset. Quem maligni spiritus pergentes, & subtilius in-  
 tuentes crucis mysterio signatum viderunt, mirantefque dixerunt; *vix. vix, vacuum & signatum.* Quibus hoc renunciantibus, cuncta illa malignorum spirituum turba disparuit. Judæus vero, qui hæc viderat, illico surrexit, atque ad Episcopum sub festinatione pervenit. Quam in Ecclesia sua reperiens seorsum tulit, & ei universa tandem narravit; & Episcopus culpam correxit, atque omni illa tentatione carnis funditus caruit, & Judæum, cujus increpatione salvatus est, ad æternam salutem traxit, atque aqua baptismatis emundatum ad sanctæ Ecclesiæ gremium perduxit. *D. Greg. Rom. 13. Dialog. cap. 7.*

*Incantationes, & Spectra depulsa.*

D Erant tempore Matthæi Apostoli in Æthiopia duo magi, qui incantationibus suis homines variis incommodis affliciebant, & iterum restituebant prohibito, nunc enim his usum organi sensum adimebant, nunc reddebant, &c. Matthæus vero quoscunque illi ligabant, signo Crucis solvebat, demonique imperabat, & incantationes magicas illudebat. *Vincent. Bellovac. in speculo bish. 10. l. cap. 74.*  
 Cum JULIAN. Apostata spem imperii potiundi concepisset, perlustare cepit Græciam, conquirere vates & ariolos, sciscitaturus ab illis, an voti compos futurus esset: incidit in hominem, qui ei hoc prædicere pollicitus est: qui quidem deducto eo in sanum simulacrum, & intra ejus adyta collocato, fraudulenter dæmones invocavit, quibus specie, qua solent, apparentibus, metus coegit Julianum signo Crucis frontem suam signare. Dæmones igitur Domini trophæi conspicuati figuram, & suæ ipsorum cladis recordati, confestim evanuerunt. Tum præstigitur, causa cur fugerent, intellecta, Julianum objurgat, qui tum timorem, in quo erat, declaravit,

& se virtutem Crucis vehementer admirari dixit. Nam dæmones, quoniam ejus figuram ferre non poterant, aufugisse. *E. Theodoret. l. 5. bish. cap. 2. Tripolit. l. 6. cap. 1.*  
 Quodam nobilissimus Francus potentia clarus, Ocimus nomine, Regem Clotarium Regis Clodovei filium, qui nunc temporis regni nobiliter rexerat sceptrum, vocavit ad prandium, quod magno apparatu in domo sua Regi, & suis paraverat optimatibus. Rogatus quoque est sanctus ad convivium Vedastus: qui domum intrans more sibi solito, dextra extensa, omnia sanctæ Crucis vexillo signavit. Quodam vero vascula ibi ceteris affabant plena, sed malè gentili errore dæmoniacæ incantationibus infecta: quæ mox ob potentiam sanctæ Crucis destructa creperunt; & quidquid liquoris habuerunt, in terram effuderunt. *Albin. Elac. in vita S. Vedasti. Epif. Atrab.*

*Serpentes, & Fera domite.*

S. DONATUS Europæ in Epiro Antistes multa dedisse miracula ab ejus loci incolis perhibetur: in primis autem & illud, quod dracone interfecto exhibuit. Manebat draco iste ad viam publicum: locum cum incolæ *χρυσος γόβας*, hoc est, pontem terrem nominant. Hic non oves tantum, atque boves, sed equos etiam, & homines prætereuntes devorabat. Adversus feram hanc cum Donatus iret, non enfem, aut hastam, aut aliud quodpiam armorum genus, quibus tutari nos solemus, secum attulit, sed signo crucis digitis in aere conformato, serpensis os percussit, qui viri sancti præsentiam sentiens, magnum quiddam sibilans, & caput in sublime tollens, tractumque corporis provolvens, devorare illum contendit: ad Donatum ad cruceum illum addidit, ut in os draconis expueret. Et ille, saliva ore excepta, identidem se circumvolvendo complians statim interit. Magnitudine fera ea eis non cederat, quæ apud Indos esse dicuntur: magna enim vi, ab obo tum paribus, in vicinum campum protraxit, incolæ ibi combusterunt, ne ita jacens, atque putrescens aerem inficeret, & contagione pestiferum turbamibus afferret morbum. *Niceph. l. 12. bish. cap. 54. Sozom. l. 7. cap. 25.*

De S. Petro Apostolorum Principe narratur, quod cum Simonis Magi incantationes detexisset, suscitanda à mortuis con sanguineum Neronis Imperatoris, quem ille suscitare non poterat; Simon ingentem canem ad postes domus Marcellini dilaniaret. At ipse accedens, canem exsolvit: qui Magum ipsum G aggressus, vestes illius laceravit. *P. de Natal. in Catal. lib. c. 22.*  
*Theodorus in vita S. Juliani, & Marciani scribit, ab utroque suo tempore signo Crucis ingentes Dracones occisos.*

*Idola comminuta, & eversa.*

Ferunt in urbe Augustodunensi simulacrum fuisse Berecynthiæ, sicut sancti martyris Symphoriani passionis declarat historia. Hanc cum in Carpeto pro saluatione agrorum, ac vinearum suarum misero gentilitatis more deserente, adfuit Simplicius Episcopus, haud procul aspiciens cantantes, atque psallentes ante hoc simulacrum: gemitumque pro stulticia plebis ad Deum emittens, ait: Illumina, quæso, Domine, oculos hujus populi, ut cognoscat, quia simulacrum Berecynthiæ nihil est: & factio signo crucis contra simulacrum, protinus in terram ruit: ac defixa solo animalia, quæ plaustrum, quo hoc vehabatur, trahabant, moveri non poterant. Stupet vulgus innumerum, & deam lætam omnia cætera conclamant: immolantur victimæ, animalia verberantur: sed moveri non possunt. Tunc quadringenti de illa fulta multitudine viri conjuncti simul ajunt ad invicem: si virtus esset ulla deitatis, erigatur spontè, jubeatque boves, qui telluri sunt stabiliti, procedere. Certe si moveri nequit, manifestum est nihil esse in ea divinitatis. Tunc accedentes, & immolantes posse moveri, relicto gentilitatis errore, inquisitorumque Anistite loci, converti ad unitatem Ecclesiæ, cognoscentes veri Dei magnitudinem sancto sunt baptismate consecrati. *Gregorius Turon. l. de gloria Confessorum cap. 77.*

*Fons Excitatus.*

Princeps Apostolorum, cum Romæ cum coapostolo suo Paulo in carcere detineretur, quem Mamertini custodiam appellabant, factum, ut Processus, & Martinianus ad fidem converterentur, & baptismum flagitarent. Verum cum aqua defecisset, Petrus factio Crucis signo, coque rupi impresso, fontem illico excitavit, qui in hunc usque diem conspicitur in Ecclesia sancti Petri in carcere. *Sur. Tom. 4.*

*Morbi curati. Caritas, &c.*

A S. PAULUS cum Athenis ageret, cæcum ad nativitate Crucis signo illuminavit, eumque ad Dionys. Areopagitam dimisit. *Scripsit Tom. 5.*  
 De S. MARTYRE LAURENTIO canit Ecclesia, Levita Laurentius bonum operatus est, qui per signum Crucis cæcos illuminavit. *Breviar.*  
 De S. THOMA Apostolo memoratur, quod eo transeunte, debiles, & claudi in plateis exponerentur, ut vel eo veniente curarentur, quos omnes signo Crucis consignans, integritati restituebat. *Abbas in vita.*

*Gangrana sanata.*

SOPHONIUS Episcopus Hierosolymitanus de cancro virtute crucis sanato hoc referent exemplum: Ptolemais civitas est Phœnicia, in hac vicus est, qui dicitur Capatasma; in eo vico quidam erat Magus, habebatque discipulum Joannem nomine, & ipsum magum, singularisque obedientiæ, & ecce homo quidam cum uxore veniebat, cujus mamillam canceri morbus consumebat: Rogabat ergo illum vir ejus, ut uxorem suam curaret. Qui cum peccatorem se diceret, indignum ad tale attentandum opus, vir ille peristebat orans, ut annueret sibi, uxorisque suæ miseretur. Cùm vero impoquisset illi manum, mamillamque signasset, continuo sanata est. *In prato Spirit. Sophror. cap. 56.*  
 Turcas inquit Nicephorus, quos Cosroes Persarum Rex Constantiopolim miserat, stigmatibus liquato atramento, cruce in frontibus impressas Imperator habere videns, interrogavit, quam gratia, quæ non colerent, circumferrent signa? illi, gravem ante plures annos in Perside, & patria sua pestem coortam esse dixerunt, à qua cum multi mortales infecti interirent, Christianos quosdam, qui ibi fuere, hominibus si hoc fecissent, saluti suæ confutiles esse, regionemque eam à luce instantem, liberamque fore persuasisse, idque ita esse ab his factum, *lib. 18. bish. cap. 20.*

*Venum superatum.*

S. JOANNES Apostolus ab Ephesens ad Dianæ templum tractus, ut sacrificaret, hanc conditionem ipsi proposuit, ut vel ad invocationem Dianæ Christi Ecclesiam diruerent, & ipse ad idolis sacrificaret: aut ipse ad invocationem Christi, templum Dianæ subverteret, & ipsi in Christum crederent. Et cum huic sententiæ major pars populi consensisset ad preces Joannis, tunc omnes templo exeuntes à longe steterunt, & orante Apostolo templum funditus corruit, & imago Dianæ prorsus comminuta. Aristodemus autem Pontifex idolorum seditionem in populo concitavit. Quem dum Joannes interrogasset, quia ratione cum placare posset, is respondit: Si venenum, quod tibi portexero, biberis & illæsus permanferis. Cùm Apostolus acquivisset, Aristodemus, ut eum à potu deterreret, dnos viros à Proconfuli impetrat morte plectendos, quibus venenum potandum coram omnibus præbuit. Quod ut illi biberunt, statim mortem obiierunt: Apostolus autem calicem accipiens, & cruce signo se munens venenum sumit, & per tres horas observatus nullam læsionem incurrit. *P. de Notab. l. 2. Catal. SS. cap. 7.*

De D. JULIANO Abbate Boltrensi narrat Gregorius Archimandrita, quod cum recessisset de cenobio, & factus esset Episcopus Boltrensis, quidam ex habitatoribus ipsius civitatis, odio nominis Christi, voluerunt eum veneno occidere; corruptumque pecuniis ministrum ejus, qui ipsi portigebat poculum, dederunt illi venenum, ut cum potigeret Metropolitæ poculum, venenum in calicem mitteret. Puer autem ista dictum fuerat fecit, deditque calicem veneno infectum sancto Juliano. Succipit vero illum sanctus vir, ac divinitus cognovit infidias. Succipit vero calicem ante se posuit, nihil omnino ducens pueri, mitemque accepit omnes primates civitatis, inter quos erant, & qui illi infidias paraverant. Vir autem beatissimus nolens eos publicare, qui hoc fecerant, voce misericordia omnibus dixit: Si arbitramini humilem Julianum veneno occidere, ecce coram vobis pestiferum calicem bibo: signantque ter digito suo calicem dicens: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, bibo hunc calicem: bibit illico coram omnibus, atque illæsus perstitit. *Baron. Tom. 6. Anno 513. ex parte Sophror. cap. 44.*

*Dysenteria curata.*

Narrat Rigordus Gothus Chronographus Ludovici Regis L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. 11.

Franc. ipsum Ludovicum Philippi filium, dysenteria periculo liberatum cum signo crucis, quod cum sacris reliquiis E clavi dominici, & spinæ e corona dominica formatum erat, consignatus fuisset, ac eodem etiam die, patrem ejus simili morbo liberatum.

*Fera domita.*

ATHAULPHUS III. Compostellæ Episcopus, vir sanctus, & pius, à quatuor Ecclesiæ Compostellanæ servis de crimine pessimo apud Regem Ordonium Ramiri filium delatus est: Quæ re audita, magno furore percussus, ac tam nefandum crimen in Episcopo detestans, Athaulphum ad se vocari iussit. Qui die sancto cenæ Domini, cum in curiam venisset, recta in templum, operaturus sacris, profectus est. Cumque à suis admoneretur, ut prius regem audiret, respondit, in templo majorem esse Regem, qui prius salutandus esset. Demum peracta re divina, ut erat sacris indutus vestibus, recta ad ædem regiam profectus est. Rex vero taurum indomitum à canibus venaticis irritatum in sanctum Præfulem immitti iussit, ut qui tanti criminis reus deferretur, impetu ferocissimi tauri dilaniaretur: Sed taurus, factio ab Athaulpho signaculo sanctæ crucis, mansuetissimus ad eum accessit, & cornua in manibus ejus, tanquam si exemplaria habuisset, dimisit, atque in sylvam, unde adductus erat, rediit. Itaque Sanctus Dei illæsus evasit. Rex vero, & qui cum eo erant primarie nobilitatis viri, conspecto tam insigni miraculo, ad pedes ipsius procciderunt, & sceleris sui veniam supplices poposcerunt. Ipse autem juxta Apostoli doctrinam, pro malis bona reddens, benigne condonavit, atque eadem hora Pontificatus sui nunciium remittens, in Austriarum solitudines, repudiato mundicio, soli Deo vacatuus, secessit. Ubi exemplum sanctæ conversationis alius relinquens, multis annis naturæ debita percolavit, an. Dom. 866. ejus vite integritas, & innocentia eo miraculo diutius probata est: Insula enim, cum qua sacrum celebrabat, tantæ virtutis exitit, ut si quis alicui jurandum daturum illam indueret, & forte perjurus esset, ea xui nequaquam valleret. *Ex historia Compostellana Vassus an. Dom. 813. Cartagenæ, & alii.*

*Incendia restincta.*

HENRICUS Germaniæ Rex, in Italiam, assumpto apostata suo Guiberto, Romam invictus proficiscitur, adunata multitudine schismaticorum; ibique ea ætate moratus penè incastum laboravit, nisi quod milites suos quibusdam castellis, ut facerent guerram Romanis, imposuit, quia cum hæc hæc vice Romam intrare permitterent. Ignem quoque in domum sancti Petri per quem traditorem immittere voluit, sed Dei misericordia protegente non potuit. Cogitavit enim, ut die improvviso portas irumperet, si Romani derelictis propugnaculis, ad incendium restinguendum concurrerent, unde ignem domibus quibusdam S. Petro contiguus immitti fecerunt. Sed Dominus Apostolicus huic versutiæ obviavit. Nam primum viso incendio omnes milites Romanos ad propugnacula defendenda transfudit, ipseque solus fiducia S. Petri fretus, factio signo Crucis contra incendium, ignem progredi ulterius non permisit. *Barthol. Constantiens. chronogr. apud Baron. tom. 11. ad ann. 1082.*

VICTORINUS, Cenomanorum Episcopus, magnis se virtutibus sæpius declaravit. Nam ferunt quadam vice, dum civitas ipsa cremaretur incendio, & validis globis flammæ, hic illicque impellente vento, propellerentur, hic quasi pastor bonus non perferens Ecclesiasticas caulas ab infidiis satana: devastari, obviam se turbini obtulit: elevataque manu, factio signo crucis e contra, illico omnes cessavit incendium, liberataque civitas gratias pastoris retulit, eo quod non permisisset res suas ab imminenti igne vastari. *Gregor. Turon. de glor. Confessor. cap. 56.*

S. AUSTREBERTHA virgo, puella nobilis, ad Audomarum Tarrancensis urbis Pontificem, factio velamine confecta, cum multis suis itineris comitibus venerat. Qui ut viderunt transseundi difficultatem, omnes pavore conterriti non aucti fuerat ingredi, sed habito consilio, ut redirent itinere, quo venerant, cœperunt à loco abscedere. Non enim ibi vel modicum quidem navigium poterat transire. Sancta igitur Dei famula Christo devota, sancti Spiritus gratia illustrata, oratione facta, signum salutis præmittens, pontem undis submersum ingreditur, hortaturque cæteros, ut se sequerentur. Jam enim natura elementorum quodammodo inter se commutata, facta est eis aqua sub pedibus instar ligni solida: *Rr 3*

porro lignum velut aqua liquidum. Transivit igitur Dei famula cum universis comitibus illa, quasi sicco calle in undis nihil perpessa. Sarius in vita 16. Februar.

Cunegundis Imperatrix ferrum candens tenuit.

CUNEGUNDIS S. Henrici Imperat. Coniux, & virgo, de sponsam Deo virginitatem Daemonis aliu in suspicionem adductam, candentium vomerum experimento probatam reddidit. Quippe Imperatore, & Proceribus insipientibus, signaculo Crucis se communiens, nudis plantis cadentia terra calcavit illa, quasi flamma ipsa virginem caelestis armorum virtute incensam ladere detrectasset. In vita SS. Bavariae.

Palladius in historia Lausaca cap. 54. scribit: quemdam signo Crucis munitum, in mediis flammis longo tempore illzelum permanisse.

Herbe in aurum mutata.

Erat Christianis quidam gravi are alieno oppressus, qui sibimet manus inferre cogitabat, nisi opportuno remedio iuvaretur. Accersit desperandum S. Joannes Evangelista, eumque levissime solatur, & a tam infami proposito deducere laborat. Tantumque herbarum, quae in proximo erant, excerpere cum jubet, quantum manibus tenere possit. Parec ille, hic facta oratione, & herba, quam manibus tenebat, Cruce signata, eam in aurum convertit, quo missillus iste, quod contraxerat, dissolvit. Simeon Metaphrasi. Lipomannus, Sarius.

POENA NEGLECTI, ET CONTEMPTI SIGNI CRUCIS.

Quidam in provincia Valeriae Martyrius nomine, devotus valde omnipotentis Dei famulus extitit, qui hoc de virtutibus suis testimonium signum dedit. Dum quadam die fratres illius panem subineri, cum fecissent, eique obliti essent crucis signum imprimere, sicut in hac provincia crudi panes signum signati solent, ut per quadras quatuor partiti videantur, idem Dei famulus affuit, eisque referentibus signatum non fuisse cognovit. Cumque jam panis ille prunis esset, & cineribus cooperitus, dixit: Quare huc minime signastis? Qui hoc dicens signum crucis contra prunas fecit. Quo signante protinus immentum ereptum panis dedit, ac fringens in ignibus olla crepissit. Qui dum coctus postmodum fuisset ab igne subtrahens, ea cruce signatus inventus est, quam non contactus, sed fides fecit. D. Greg. 11. Dial. cap. 11.

Quadam die una Dei famula ex co monasterio Virginum, cui praeerat Equitius hortum ingressa est, quae lactucam conspicens concepit, eamque signo crucis benedicere oblita, avidè momordit, sed arrepta a diabolo protinus cecidit. Cumque vexaretur, Equitio hujus monasterii Virginum Patri sub celeritate nunciatum est, ut veniret concitus, & orando succurreret. Moxque hortum idem pater, ut ingressus est, caput ex ejus ore quasi satisfaciens ipse, qui hanc arripuerat diabolus, clamare, dicens: Ego quid feci? ego quid feci? sedebam ibi super lactucam, venit illa, & momordit me. Cui cum gravi increpatione vir Dei praecepit, ut discederet, & locum in omnipotentis Dei famula non haberet. Qui protinus abcessit, nec eam ultra contingere praevaluit. Idem ibid. c. 4.

Eadem ratione in civitate Bonon. Puellam à duobus spiritibus immondis, & malignis triennio vexatam fuisse legitur. Cumque à quodam perito volente illos cum exorcismis, & abjuracionibus ab humano corpore pellere, interrogarentur, qualiter corpus mulieris intrasset, responderunt, quòd sedebant in quodam malo granato, quod ipsam puella comederat. qui tandem virtute adjurationum ab humano corpore receperunt. Guill. Durand. 1.6. Rational. cap. 86.

Venerabilis fratris Henrici Balyensis Professoris sacrae paginae nostri Ordinis, & Inquisitoris relatione percepti, & alterius fratris Arnoldi nostri praefati Ordinis, qui infra scriptis interfuit, quod nuper in Bucoducensi Conventu Juvenis habens tredecim annos circiter fuit, qui per ejusdem Ordinis habitum, & doctrinam ad profitendam suo tempore disponeretur per parentes. Hic, ut postmodum retulit, hortum conventus intravit, in folio caulium albedinem quandam vidit, & nulla benedictione praemisita, delectatione vicium solum abscedit, a viduae comedit, ac demonum quandam pestimum ignoranter deglutivit. Postestus igitur juvenis gestus quosdam cepit habere devotos in orationibus, rapi

eum fratres videbant, & privati omnibus exterioribus sensibus corporis, quibus resistit, loquebatur tamen bonum latinum, quod prius nescivit. Corde tenus proferebat multos biblia passus, qui eum prius latebant, gallicam linguam expressit, quam nunquam didicit, se in caelo mirabilia vidisse asseruit, revelationeque quadam exprimens mirabilia dicere praesumpsit, &c. Allatum ei fuit divinissimum Eucharistiae sacramentum, & in horrore, quem obsessus habuit, manifestam demonis agnovit praesentiam. Dum autem juvenem exorcizavit bonae memoriae frater Arnoldus, dicens monem loqui arctavit, causas ingressus dicere, & corpus miferi dimittere coegit: & manifestissimo dato signo tandem exivit. Idem Nider. 1.3. Formicarii cap. 1.

Postquam Petrus maleficarum judex (qui in actionibus suis diligenter, cruce signo munire se solebat) officium resignavit, & civitatem Bernensem reintravit, ibique domicilium tenebat: die quadam rediens ad castrum Blankenburg, ubi cognatus ejus in ipsius officium substitutus fuerat; in eodem castrò Petrus quadam negotia apud sibi notos expedire volebat. Tunc una malefica, & quatuor consortes ejusdem malitiae viri de serò in loco uno machinamenta suae artis volentes pro viribus, ut Petrum graviter veneficis laerent, vel occiderent; quae hac latebant fraudis commercia. Adveniente igitur nocte, Petrus se benedicendo cruce signo cubitum ivit: sed nocte surgere omnino proposuit ad scribendas quasdam necessarias epistolas, ut manè recedere à loco valeret. Evigilans igitur in tempesta nocte sibi videbatur ex inopinato, quod dies adesset, luce deceptus fictitia, de quo in se iratus, quia, ut putabat, noctem neglexerat, non se, ut debuit, muniendo more solito vestimentis induit, per gradus altos versus locum, ubi pugillarem habuit, descendit, & locum clausum reperit. De quo majore ira exardescens cum murmure per gradus quos descendere versus lectum iterato scandebat, emittendo unicam ex indignatione maledictionem, per verbum facti brevis, ac si diceret; In nomine diaboli! Et ecce statim in tenebris densissimis Petrus projectus est in praecipiti per gradum praedictorum passus adò graviter, ut famulus, qui subter scalam in commodò dormiebat, excitaretur; & exiens quid adesset conspiceret vires, domum suam Petrum accenso lumine solum in terra, privatum rationis usum, jacentem & collisum per omnia membra, sanguinem plurimum e corpore emittentem, reperit. Mart. Delrio tom. 2. dist. Mag. 1.3. p. 1. q. 7.

Quidam frater ex labore fatigatus, cum serò facto ad dormiendum se disponeret, neglectis solito modo signo sanctae crucis contra terrorem inimici se signare. Nam celeri oppressus somno non est armatus salutiferæ crucis signo. Poitea tam graviter fuit perterritus in somno ab antiquo humi generis inimico, ut praetimore clamaret alta voce, & expurgatus tremere cum ingenti stupore. Tunc demum recordatus est, quod vespere praecedenti non satis cautè se signasset solito vexillo sanctae crucis, & idcirco hostis malignus fuit ipsi in illa nocte tam severè molestus. Ad se ergo plene reversus, invocato salutari nomine Jesu cruce se signavit, & suffragium sanctae crucis devotè legit, sique iterum obdormiens in pace Christi securè quievit. Et ob hujus rei factum per sanctae crucis signum, sine cruce Christi nullum locum mundi ab hostis terrore putavit esse securum. Tom. Cantiprat. 3. p.

Fuit quidam vir venerabilis in Eboracensi provincia apud vicum Furneham dictum, nomine Kerellus, homo quidem rusticus, sed innocens, & simplicitatis merito singularem quandam à Deo gratiam consequutus. De quo plura memorabilia veracium mihi virotum immotere relatu. E quibus hoc unum retexam. Contigit, hunc demonum levitiam experiri: festus enim aliquando ex agrario opere domum reversus, dum somno gravaretur, facti se signaculi nequam impressione munitur. Dormienti itaque loco solito duo astiterunt demones levissimi, atque terribiles, & excitatione apprehendentes; Euge, inquit, Kerelle, incidisti in manus nostras, insectos sentire habes, quos provocare minime timuisti, quorum mysteria toties prodidisti. Ille subito casu attonitus nomen Christi invocare, & signare se voluit, nec valuit: manus enim ejus, & lingua tenebantur, ne facri vel signi, vel nominis munimine tueretur. Noli, inquit, Kerelle, frustra conari, manus, linguamque ligavi, ut nihil tibi adversum nos valeat suffragari. Cùmque de illo ita triumphare videretur, & malum, quod ei facere cogitabant, verbis minacibus praevenirent, repente juvenis splendidus bipennem manu ferens introiit, stanque in medio, bipenni molli ter digito tacta fontem ingentem dedit, quo

quo sonitu exterriti demones, relicto, de quo triumphare ceperant, homine, dissiugerunt. Tum accedens juvenis, quem ejus Angelum fuisse credo; Kerelle, inquit, negligentia tua penè te periclitari tunc fecit: cave, ne ulterius te inveniatis insidiantes tibi hostes inermem. Dicebat autem Kerellus quoddam esse demones magnos, robustos & callidos, multumque noxios, si relaxentur à superiore tempestate: quosdam parvos, & despicibiles, omnes tamen pro suo modulo insectos hominibus, multumque letari, si vel parum illis molestia inferant. Guill. Neubreg. de rebus Angliae 1.2. c. 21. Joan. Durantus de vit. Ecclesiae.

Subjungitur & hoc exemplum memoratu dignum de duobus Geneva Lausannam euntibus, cùmque tempestas gravis ingrueret cum tonitruo, & fulgure, atque alter illos in signo sanctae crucis antiquissimo Christianorum ritu muniret, Alter eum irridens. Sicine, inquit, vis muscas à naso tuo abigere? (nam hujusmodi factis omnia sacra ludificantur) & ecce protinus denuò celum intonat, idemque ille irrisor fulmine percussus emoritur, alio isto cruce signato incoluim manente, qui mox rem gestam per totam Genevam divulgavit. Ad omnem progressum, inquit, Tertullianus, atque promotum, ad omnem aditum, & exitum, ad vestitum, & calceatum, ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quaeunque nos conversatio exerceat, frontem crucis signaculo terimus. Titelm. Breidenbach. 18. collat. Sacra. c. 58.

DE CRUCE SPIRITUALI. Vide Locum de Adversitate, & possimum de TRIBULATIONE.

\* Cubicularii.

QUI, ET QUOMODO DICTI.

Cubicularii sunt velut Praefati cubiculi Principum. Ita legitur in Actis Apostolorum de quodam nomine Blasto qui erat super cubiculum Regis. Act. cap. 2. Vide plura §. sequenti.

Cubicularius Graecis vocatur κομμοτομος. Plutarchus vero cubicularium κομμοτομωτα appellat. In Apoph. DIGNITAS. CUI DELATA.

Dignitas apud Perfarum Reges summa erat, & Eunuchis ea deferrebat. Hinc dicitur, Syriacè Mehajemnach, quod interpretatur praepositus. At Graeca vox idem valet, quod lectum habens, aut lecti custos. Ad cubiculi enim, & gynaecei custodiam, curamque expeditores sunt, neque suspecti de fide continentia adversus uxores.

In historia Eversher legimus, Egeum Eunuchum praepositum fuisse Gynaecei pellarum regiarum, earumque curam ei demandatam. Ibidem quoque nominatur Susagagus, pellicum, ac concubinarum regiarum praefectus. Immo ipsi Esther in obsequium datus fuit Aithac Eunuchus ab eorum, quod est cubile, & ex eo id est custodio.

Apud Ethnicos Eustathius in 3. Odyss. meminit Demodoci, & Phemii Eunuchorum fratrum, quorum ille Clytemnestrae, sicque Penelope custos erat. Inter Christianos, Justinus Imperator Narfen quemdam Eunuchum: Arcadius Eutropium habuit, quem cubicularis praefectus.

Deferenda autem Cubiculi cura personis, quarum probitas, & indoles perfecta est, quippe ut bene Cassianus in Catal. glor. mundi, considerat. 6. num. 8. Cameram Principis deesse esse honestam, immaculatam, & sanctam. Unde dicuntur Praepositi sacri cubiculi, quos Galli dicunt Magnum Seneschalcom. Videatur L. Quinquages. C. de oper. pub.

Tempore Constantini nomine primi cubicularii Imp. erat Patracemomenus, qui in Gallia aliquando dictus fuit Ciambellanus primus: habent enim sub se alios cubicularios minores. In familia Romani Pontificis est etiam ordo Cubiculariorum, cui aliquando Laici fuerunt adlegati. Quamvis jam inde à Gregorio Magno ad Pontificis cubiculi obsequia non nisi Ecclesiastici admittantur, ablegavit enim in Con. il. Rom. c. 2. Pontifex, Laicos, pueros, & faculares, ut is, qui in loco est regimiois, inquit, habeat tales testes, qui vitae ejus in secreto conversationem videant. Legatur Bar. in not. ad Mart. 11. Junii. Insignia.

Insigne Cubiculariorum in aulis, & palatiis Principum, est Clavis, quam palam, & ex collo pendente gestent. Aurea quidem, si inter majores cubicularios numerentur: ferrea, si inter inferiores, quos in Hispania vocant Adjutores Cameræ Principis.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

In Palatio Pontificis, Cubicularii habitu distincto utuntur, & singularibus praerogativis reliquis Officiariis praeruntur. Ut pote qui Pontificis veli custodes, & familiares existant, si quae ipsius etiam Chartularii, quos Secretarios vocant rerum intimarum.

Vide pleraque in Titulo de Polit. Person. §. Praefati.

Cubitus.

Quare Tit. de Mensuris.

\* Culpa.

DEFINITIO, ETYMOLOGIA, & DIVISIO.

Culpa Graecè ὑλαμια. aliter usurpatur apud Jurisperitos, aliter apud Theologos. Apud hos enim culpa idem est quod peccatum, sive mortiferum, sive veniale, apud Jurisperitos vero est idem quod omisso alicujus diligentiae, unde sequitur aliquod incommodum.

Dividunt autem culpam in latam, latiore, latissimam, levem, & levissimam. Culpa latissima est dolus apertus, latior est dolus praesumptus.

Est autem dolus quavis calliditas, fallacia, & machinatio ad circumveniendum, fallendum, & decipiendum adhibita. Calliditas sit tacendo, fallacia mentiendo, machinatio arte verborum. Ita tradit Gloss. ff. de dolo l. 1. sequuntur passim Doctores.

Culpa lata est omisso ejus diligentiae, & circumspectionis quam passim homines eisdem conditionis adhibere solent: ut si quis librum condemnatum relinquit foris ante ostium.

Culpa levis est omisso ejus diligentiae, & circumspectionis quam solent diligentiores illius artis, vel professionis adhibere.

Culpa latissima est omisso diligentiae, quam diligentissimi, & prudentissimi adhibent. Vide Navar. c. 17. n. 177. §. 1. q. 6. Silvest. verbo Culpa, in principio.

Consule Locum de Peccato, Penitentia.

Cultus.

Vocabulum Cultus tot habet significationes, quot ipsius primitivum Culo, cui quinque conveniunt significata, ut notorium est apud Grammaticos. Possima vero hujus verba est, ut denotat reverentiam, & obsequium erga aliquem. Habetque locum tam erga Deum quam ad homines. Utroque enim suo modo colimus. Si quidem omne opus bonum factum ut Deo placeamus, est cultus quidam Dei juxta modum loquendi Scripturae: nam visitare viduas, & pupillos, & immaculatum se custodire ab hoc seculo t ubi omnes virtutes continentur est vera religio apud Deum, & obsequium ad Philip. 4. Et ad Hebr. 13. Jejunium, & obsecrationes vocantur servitius, & latria. Lucae 2. Castitas, & corporis castigatio, hostia sancta, rationale obsequium, seu rationalis latria, ad Roman. 12.

De cultu Sanctorum, Sacrarum Reliquiarum, Temporum, Consule Locos proprios. Cultus corporis. Quare corpus.

Cunctatio.

\* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Cunctatio ὑλαμια, ὑλαμια, ἀνδραμωια. Idem quod tardatio, & procrastinatio. Cunctatio enim est de die in diem differre. Unde procrastinatores cunctatores dicuntur. Et accipitur plerumque in deteriore partem, ubi agit de negotio salutis aeternae, aut re quampi consequenda, sive periculis, quae in celeritate consistit. Aliquando tamen in laudem ponitur, ubi mora, & tardatio rerum mutationem in melius adductura videntur. Quomodo in bello nonnunquam, & tumultibus publicis opportuna cunctatio est: dum per hanc animorum fervor staccit, hostium vires eliduntur, & meliora consilia ineuntur. Quomodo Fabius Maximus cunctatunda quadam prudentia vires Hannibalis fregit. Unde & Cunctatoris cognomen consecutus est, & de illo Ennius.

Unus homo nobis cunctando restituit rem.

Prioris acceptionis meminit Cael. scribens ad Ciceronem: Nosti Marcellum, quam tardus, & parum efficax sit: Itemque Servius quam cunctator. Hebraei Oreb dicunt, ab Arab, prolongatus fuit, & habet cognitionem cum Arab, longum iter inivit.

Rt 4 Pro-